Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26482
Copyright: Admont, Benediktinerstift



quiescere. ego enim tantis fatigationibus labores perpetro.
Beatus autem nycolaus cognoscens quod diabolico ore lo
queretur. apprehens et manum tenens illius ita dicebat.
Signa te signo sancte crucis fratri. Mox vero ut signauit se.
statim exiuit ab eo diabolus. totus exustus atque ignitus.
cunctis uidentibus eum coquinę ianuam progredi. uocife
rantem atque blasphemantem ue. ue. quia a nycolao
superatus sum in omnibus. quibus nunquam dimittit me operari
uoluntates meas. Famulus autem domini signauit se. et
confirmauit atque corroborauit fratres uirilitatem in domini
persistere mandatis. et eius obedire preceptis. et nullo modo
diaboli formidarent uersutias. Predictus autem minis
ter sana mente sanoque arbitrio in se reuersus. pedibus
sancti uiri prouoluitur puram confessionem egit. Ulterius autem di
abolus non ualuit remeare ad eum.

ALIO AVTEM TEMPORE reuertentes ab alexandria naues frumento plenę.
ide[illegible] a contrario uento in locum illum sunt deductę.
uir d[illegible] ubi sanctus nycolaus erat. Habitatores autem
illius [illegible] regionis famis inopia oppressi. statim ad